

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbatibus Cysterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem.

Cum sitis divinis obsequiis arctius dediti, vestre religionis consideratione compellimur paternam vobis caritatem deferre et gratiam nostram specialius indulgere. Eapropter, dilecti in Domino filii, piis postulationibus vestris inducti, presentibus vobis litteris indulgemus, ut unusquisque vestrum fratres monasterii sui, si qui, cum ad conversionem accedunt vel postea, confessi fuerint, quod pro appositione ignis aut pro violenta manuum iniectioe in clericum seu in quamlibet religiosam personam vinculo teneantur excommunicationis astricti vel quod excommunicatis communicaverint, de auctoritate nostra facultatem habeat liberam absolvendi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Verone II. idus Decembris.

Auf f. 41 und (von andrer Hd.) f. 42 finden sich in demselben Cod. die Urkk. Innocenz' III. Potth. 1326 und 1705 von 1201 und 18. Juni 1202.

X. Zum Tode Papst Clemens' IV. und zum Conclave von 1268 — 71.

Der Cod. Paris. lat. 15707 membr. s. XIII., welcher die Sententiae des Petrus Lombardus enthält, scheint schon früh aus Italien nach Paris gekommen zu sein. Ein Vermerk auf dem Vorblatt s. XIII. ex. besagt: 'Iste liber est pauperum magistrorum in theologica facultate studium ex legato magistri Michaelis dicti Herlekin. Precium C sol. Par. Deo gratias'. Auf der Innenseite des hinteren Deckels findet sich folgende sehr beachtenswerthe Notiz über den Tod Papst Clemens IV. von einer Hd. s. XIII.:

'Nota, quod felicis recordationis dominum Clementem papam IIII. arripuit febris continua anno Domini MCCLXVIII. die Martis [20. Nov.] in media nocte ante festum sancte Cecilie virginis [22. Nov.]; que sibi duravit usque ad diem Mercurii [28. Nov.] parum post auroram ante festum beati Andree apostoli [30. Nov.], in qua hora, ut firmiter creditur, sancti angeli ipsius animam receperunt.'